

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**In Salvianum lucubrationes aliquot doctorum virorum**

**Weitz, Johann**

**Noribergae, 1623**

Ad lib. I.

[urn:nbn:de:bsz:31-131303](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-131303)

AD PRÆFAT. LIB.

*Ad Eccles. Cathol.*

Pag. 321. Parum sunt rerum vocabula ipsas  
res non habentia) *Isidor. Pelus. lib. 4. epist. 28.*  
*ἄπυς μὲν ἂ λὸγῶν χηρέων ἀπεργησθῆναι, νεκρῶς ἔστι κηρῶν*  
*ἄργῶν. Confer eund. lib. 1. ep. 46. & 342. utrumq.*  
*lib. 4. epistol. 85. & que ibidem annotat Clariss. Rit-*  
*tershusius.*

Pag. 323. Præcipimur vitare gloriæ vanita-  
tem) *Lege Saresber. lib. 7. c. 17. & 18. & D. Bern-*  
*hard. passim.*

*ibid. Laudis aurulam) Supra lib. 1. de gubern. ra.*  
*Dei. Gubernator auras captans. Saresburiensis*  
*patri venustate libr. 3. c. 5. Quid ineptius, quàm*  
*cum alijs magno hiatu oris ad te impellen-*  
*dum, vanitatis spiritum proferat, si tu aurium*  
*vela & latitudinem cordis ad tumorem con-*  
*cupiscendum oppandas.*

Pag. 324. Personæ meæ parvitas) *Val. Max. Parvitas.*  
*præfat. mea parvitas, eò justius, ad favorem,*  
*decucurrerit. Ibi vide Coler.*

AD LIB. I.

Pag. 330. Condentes profundis specubus)  
*Infra pag. 332. In inferno opes locare. pag. 331.*  
*Aurum terræ infodiunt.*

*Ibid. Ubi enim thesaurus vester) Basil. M.*  
*Hemil. eis ἠδελφῶν*

Pag.

Pagina 333. Filiorum amore, caulantur)

πολλοὶ δὲ οὖτοι εἰν ἰσθῆεις τῶν ἡσυχαιοῦντων : inquit D. Bas. M. homil. ἐν λακίκοις p. 214.

Amor liberorum. Pag. 335. Affectum, quem natura praestat.) ἀνοιοὶ γὰρ ζῶσαν ἡ ψυχὴ τέκνα, ut ait Euripides, & ut idem, πᾶσι γὰρ ἀνθρώποισι φιλοτέκνον βίος. Et rursus apud Stob. serm. 81.

εἰς γὰρ πᾶσι κοινὸς ἀνθρώποις νόμος  
καὶ θεοῖσι δέξαι τέκνα, ὁ σαρπῆος λέγει  
ἡσυχίᾳ τε πᾶσι τέκνα τέλεισι φίλον  
πᾶσι δὲ ἄλλα χρῆμα ἡσυχίᾳ ἀνθρώπων νόμοις.

Philo etiam Judaeis, ab hac naturali propensione ejus, qui quid fecit, erga suum opus velut parentem erga liberos rationem duxit; ut mundi a se creati Deum curam gerere colligeret, atque comprobaret. Pluribus hoc probat P. Faber. 3. Semest. 8. pag. 111. & seqq. D. Rittershus. ad Oppian. 3. Cyneget. V. 84.

Pag. 336. Graves metallo auro faccos) Phaedrus lib. 2. fab. 38. appellat, fiscos cum pecunia ferre.

Ibid. Inserta nubibus fastigia) Seneca Agamem. V. 90. Nubibus ipsi inserta caput turris. Et Hippel. V. 125. Admota aether eis culmina sedibus.

Ibid. Fundos interminabiles) πειλοὶ ἀπείρονοι. Pind. Nem. 8.

Ibid. In disciplina & correptione Domini.) Basilius M. homil. εἰς τὴν δεξιὰ τῶν παροικούντων pagina 181.

Pag.





*Ibid.* Auri atque argenti famem) *Seneca*  
fames de a- *Herc. Oet.* Cupit hic gazis implere famem.  
varitia. *Prudent.* *de* *sc* *2. v. 45.* Versat famem pecu-  
nia: *Et Hamartig. v. 258.*

Auri namque fame parto fit major ab  
(auro.

*D. Ambros. lib. de Nabuthe. c. 6.* Quid est dives,  
nisi inexplibilis auri fa- mes atque sitis?

*Ibid.* Mentēs malè utentium criminosè.)

*D. Bernhard. tract. de interiori domo cap. 50.* Crim-  
men non est in rebus, sed in usū agentis. *Vide*

*Commentar. nostrum Terentian. p. 321. & seqq.*

*Benè & malè uti licet opibus.*

*Quamquam virtutis fit magna magnis, cum di-*

*uitus. Petrarca non aegrotat dardanis. 1. de remed.*  
*Dialog. 53. Georg. Remus Norimbergæ ocellus in*

*Not. ad Themist. pag. 128.*

Tunicā cri-  
minum pro-  
jicere.

*Pag. 348.* Sordidam illam criminum tuni-  
cam projecit.) *A serpentibus desumptum;*

*si caddisoi to phogis, ut Aristoteles testatur 8. hist. anim.*

*cap. 17. V. N. ad Dracont. V. 458. supra ad p. 177.*

*D. Ambros. l. 3. de fide cap. 7.* Sunt enim serpen-  
tes Evangelici, qui exuunt, veterem usum, ut  
induant novos mores.

*Ibid.* Corruptorum judicium) *V. N. ad Pru-*

*dent. de* *sc* *10. V. 655. & 2. in Synmachum.*

*V. 186.*

Nubilū er-  
fotū &c.

*Pag. 349.* Nubilo erroris) *Mæroris superdu-*

*Esti nubilum dixit Sidon Apollin. libro 3. epist. 12.*

*Cassiodorus 2. Var. epist. 22. Dolorum nubila,*  
& h.



et l. 3. ep. 6. nubila mentis. Prudent. *οει τε φ. 5.*  
v. 126. Nubilum frontis. Juvenal. Erroris nebulam. *Αρνόβ. lib. 7.* In nubibus semper ignorantia incedere.

*Ibid.* Lapsu fragilitatis humanæ.) *Quod ex-* *Peccare hu-*  
*manum.*  
*sinuat Sophocles liquidissimis verbis in Antig.*  
*v. 1149.* τοῖς πῦσι ἡγνὸν ἐστὶ τῷ ἔαμμεσθεν. *Commune*  
*nobis omnibus est delinquere. Eodem navi-*  
*gant flumine illa Xenophontis libr. 6.* ἐκλυ ὁρῶ τῶν  
*ἀνθρώπων ἔδνα αἰ αὐγεσθῆν, διατελέσθαι. Cui paraphra-*  
*stense Petronius dat: Nemo, inquam, nostrum*  
*non peccat. Homines sumus. non Dii. Neque*  
*hinc alienum Theognidis effatum. Vers. 797.*  
*ἀνθρώπων δ' ἀψκίθ' ἐπὶ χθονὶ γίγνεται ἔδεις. Vel us ait.*  
*V. 898.* ἔδεις ἀνθρώπων αὐτὸς ἀπάντα σφός. *Ubi doctus*  
*ille Camerarius notat ista: ὅτι ἔδεις ἀπάντα αὐγε-*  
*σθῆς ἐπὶ τῷ βαινῇ καὶ Πίνδαρον, καὶ λάτεις ἀτεμυσθῆν νε-*  
*φος, καὶ παρὰ τὴν ἀρετὴν ἔδεις ἔδον ἔξω φρενῶν.*  
*Olymp. 7.* Quid quaeris? Ut nec piscis sine  
spina, nec malum punicum sine putri grano  
reperitur: Ita non est homo justus in terra, qui  
qui faciat bonum, & non peccet *Eccl. 7. 21.*

*Ibid.* In quibus infeliciores conscientia pec- *Conscientiā*  
catorum recordatione.) *D. Bernhard. Linc-*  
*disat. cap. 13.* Peccata mea celare non possum,  
quoniam quocumque vado, conscientia  
mea mecum est, secum portans, quidquid  
in ea posui, sive bonum, sive malum; servat  
vivo, restituet defuncto depositum, quod ser-  
vandam accepit, &c. *Vide eundem serm. de vil-*

cccc lico

Vico iniquitatis pag. 238. & tract. de interiori do-  
mo cap. 45.

Pag. 349. Peccatorum poenaliu) Poenale,  
est poena dignum. τὸ ἐπιπινυμῶν. Supra lib. 5. de gu-  
bernatione Dei pag. 161. Illud indignius ac poe-  
nalius, quod omnium onus non omnes sus-  
stinent. Et l. 6. pag. 207. Scelera committimus, &  
quidem scelera non minima, sed ab hoc ipso  
poenalia. Sic mf. l. 2. p. 384. Cogitantes quoq;  
inter hæc horrenda & poenallissima. Et l. 3. p. 441.  
Ad quàm poenalia & quàm tetra rapiendus!  
Ita Cyprianus horribiles carceris atq; funestas poe-  
nalis loci tenebras dixit. Et alibi sic utitur, ut &  
Tertullianus, aliq;.

Sues cano  
gaudent.

Pag. 3. 50. Nec in volutabris suis forden-  
tium suum more.) Vide supra 108. Cl. Alexand.  
protrept. p. 26. & Strom. I. pag. 116. ἡ ἀδὴς πνὲς αἰθρῶ-  
ποι. ἕες γὰρ, Φίσι, ἡδονταί βορβορῶν μάλλον ἢ κατὰ γὰρ ἡδον-  
ται, καὶ ἐπὶ φορυτὰ μὲν γαίνεσιν, καὶ Δημῶν ἔλεον. Ba-  
filii M. pagina 58. ὡς οἱ ἐν βορβορῶν καλινδύμφοι χοί-  
ροι, εἰς πρῶτα λῆψιν ἐαυτοῖς τὸν πηλὸν ἔτιος ἔτι τὸ  
εἰς τῆς ἡδονῆς αἴματος καὶ ἐπιφάνη ἡμέτερον πρῶτα μὲν ἔδονται  
D. Bernhard. serm. de S. Benedicto: Tales sunt  
filii hujus seculi, agentes in comestationibus,  
& ebrietatibus, in crapula, & voracitate, in-  
cubilibus, & impudicitis. Hæc namq; por-  
corum cibus sunt, quos Judæus verus prohi-  
betur comedere, quia Christianus his non  
debet adherere. Et idcirco in sacrificiis pro-  
hibetur animal illud offerri, quòd spurcos  
spiri-

Porcorum  
esus cur pro-  
hibitus.



spiritus immundosque designet: qui relicta  
omni, mundicia solis sibi spurcitiis compla-  
centes, vitiorum & criminum, semper coeno  
delectantur involvi, &c.

*Ibid.* Elevationem protinus meditentur.)

*Penitentia  
acceleranda*

*D. Hieron. in regul. Monachar. Tom. 2. pag. 202.*

In hac vita mortalibus nihil est validius, non  
est quidquam salubrius, quàm ut statim, per-  
acto delicto, confessionis non differatur  
medela.

*Ibid.* Vestigium apparere.) *Vestigium, pro Vestigium.*

*indicio & signo, ut supra pag. 235. Arnol. Bonavall. de operibus sex dierum pagin. 106.* Nullum  
putredinis vestigium manet in eo, quem de  
stercore erigit Deus. *Et paginà 96.* Nulla  
sanctorum conventus, feditatis cujuslibet  
admittunt vestigia. *Divus Hieronymus præ-  
fat. lib. 2. ad Galatas.* Usque hodie eadem, vel  
virtutum vestigia permanent vel errorum.  
Item antiqua stultitia, usque hodie manent  
vestigia.

*Ibidem:* Fibula imponitur.) *Tertullianus Fibulam*

*libr. de Monogamia Carni fibulam impone: e, ponere.*  
*quod proverbialiter dictum est de eo, quod astringitur, vel ut dissolutum. Ei oppositum laxare.*  
*Fibulam delictis apud eundem libr. de Corona mi-*  
*ris. pro, ansam dare delictis. B. Rhenan. paginà*  
*14. & 656.*



*Impellere in ruinam.* Pag. 351. Qui stantes impulsi in ruinam) *Videtur habuisse ob oculos locum M. Tullii pro Rabirio.* Satis est, homines imprudentiâ lapsos, non erigere; urgere verò jacentes, aut præcipitantes impellere, certè est inhumanum.

*Ibid.* Spondere aliquid in tam sera curatione) *Quoniam ex Hioronymi sententia. Tom. 2. in Sabimianum p. 105. b.* Nunquam est sera poenitentia: tamen eo agenda est poenitentia tempore, quò salus corporis manet, quò suâ quisque utitur potestate. Ad agenda poenitentiam nec debemus expectare vitæ nostræ extremum diem: quoniam, qui usque in extremum diem poenitentiam differunt, vix aut nunquam perveniunt ad salutem. &c. *Goffrid. Vindocin. serm. 2. in Nat. Dom. p. 332. vid. eundem lib. 5. ep. 26.*

*In extremis situs.*

Pag. 352. In extremis sito) *Ex Marci 5. 23. id est, supra hoc libro p. 348.* Quem in extremis situm recedere à criminibus sola tantum facit impossibilitas. *Et inferius pag. 359.* Jam in supremis positi peccatores. *Ei:* Vel in supremis cuncta tentare. *Petron.* Affirma ei, impatientem mavis fratrem tuum, in ultimis esse. *Germ.* *Xuffin* lesten *Loch* pfeiffen. *Goffrid. Vindoc. l. 5. ep. 26.* Quali jam in ultima hora positus. *Idem est, Animam in primo ore, vel labris tenere, de qua locutione Kirchman. libr. 7. de Funerib. Rom. c. 5.*

*In supremis positus, item in ultimis, vel ult. hora*

*Ibid.*

*Ibidem: Cilicio) U. N. ad Prudent. Ca-  
themer. 7.*

*Ibidem: Cinere fordidabit.) Iterum ibid.*

*P. 353. Vereatur contumaciæ exemplum)*

*V. Comm. Terent. p.*

*Ibid. Oblata non precio, sed affectu pla-  
cent) Vincent. Spec. lib. 23. c. 102. Cor namque  
Dominus, & non substantiã pensat. Nec per-  
pendit, quantũ in ejus sacrificio, sed ex quan-  
to proferatur. Estimationem quippe precii  
non habet; sed tamen regnum Dei tantum  
valet, quantum habes. Valuit namque Za-  
chæo, dimidio substantiæ. Petro & Andreæ  
retibus & navi: valuit viduę duobus minutis.  
Valet alteri calice aquæ frigidæ. Pensate igitur,  
fratres, quid vilius, cum emitur, quid cari-  
us, dum possidetur, si fortassis nec calix a-  
quæ frigidę suppetit, qui indigenti præbeatur;  
etiam tunc securitatem nobis promittit, ser-  
mo divinus. In terra (inquit) pax hominibus  
bonæ voluntatis. Ante Dei namque oculos,  
nunquam est, vacua manus à munere, si arca  
cordis repleta fuerit bonâ voluntate. Hinc  
etiam Psalmista dicit: In me sunt Deus vota-  
ria, &c. Nihil quippe offertur Deo, ditius vo-  
luntate bona. V. N. 4. Pont. 8. V. 39. & 3. Pont. 4.  
V. 79. Adi & Rittershusum. Nad. l. 4. Isid. Pe-  
lusi: ep. 118.*

*Pag. 354. Non offert quasi præsumptione* *Præsumptio*  
*donantis) S. Basil. Episc. in Ammonit. In omni-* *& superbia*  
*cccc 3* *in bono ope-*  
*bus* *re cabenda.*



bus operibus tuis humilia te coram Domino,  
quia non erit gratum quidquid efficitur, cum  
superbia: quod autem humiliter fit, acceptum  
ei est.

Pag. 356. In pauperum stipes) *Gl. Stipem,*  
*ἐλεημοσύνην.*

Pag. 358. Avaritia idololatriæ famula) *Basil.*  
*M. homil. ἀπὸς τὰς ἀειθέλους. Sanctus Basilius Episco-*  
*pus in Ammonitionibus: Cave quoque cupidi-*  
*tatem, neq; amori pecuniarum subicias te;*  
*sed ab omni avaritia declina, ne condemneris*  
*ut adulter, & idolorum cultor. Noli amare*  
*Mammona, ne te separet à Deo, &c.*

## AD LIBRUM II.

Pag. 360. Ne quid inexpertum relinquat.)  
*Formula extremum conatum, ac laborem deno-*  
*tans. Libro superiori pag. 351. Melius est nihil*  
*inexpertum relinquere, quam morientem*  
*nulla curare. Ita dicitur. Omnia tentare & ex-*  
*periri. Iterum l. 1. sub fin. vel in supremis cun-*  
*cta tentare: Vide Commentar. Terent. pag. 251. &*  
*supra ad p. 172.*

*Omnia ten-*  
*zare vel ex-*  
*periri.*

Pag. 361. Quod propter te, ô homo.) *Lege*  
*sis sermones Goffridi Vindocim. de Nativitate Do-*  
*mini.*

*Ibid. Caligantes peccatis oculos) Basil. M.*  
*pag. 194. τὸ γὰρ ἀγαν λαμπρὸν ἀμωροῖ τὸς ὀφθαλμοῖς. V. N.*  
*ad Prudent. cæc. 55Φ. 10. v. 589. & seqq.*

Pag.